THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
13. Jh. Seite 60r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ad cayn quare concidit uultus tuus. Non, ne si recta offeras
non recte diuidas peccasti. quiesce ad te conuersio eius. et tu
dominaberis illius. &c. Necessitate compellimur in singulis diui
ciis immorari. si quidem multo alius in hebreo quam in septuaginta
translatoribus sensus est. Ait enim dominus ad cayn. Quare irasce
ris et quare concidit uultus tuus. nonne si bene egeris dimittetur
tibi omne delictum. si non bene egeris ante fores peccatum sedebit
et ad te societas eius et dominare eius. Quod autem dicit hoc est quare ira
sceris et in uidie infratrem liuore cruciatum uultum dimittis
interiam. Nonne si bene feceris dimittetur tibi omne delictum.
sicut in theodocione ait. acceptabile erit. id est munus tuum
suscipiam ut suscepi fratris tui. Quod si male egeris illic, pec
catum uestibulum tuum sedebit. et tali ianitori commutaberis.
Verum quia liberi arbitrii es. nemo, neo ut non tui peccatum sed
tu peccato domineris. Quod autem in septuaginta interpretibus
fecit errorem illud est quia peccatum id est atah in hebreo generis
masculini est. in greco feminini. et quia interpretati sunt masculino
illud ut erat in hebreo generis transtulerunt. GREGORIUS.
A. Quomodo intelligitur si recte offeras. non recte autem diuidas
peccasti. &c. Recte enim offerimus cum recta intencione quod
agimus. sed recte non diuidimus si habere discrecionem in bono
opere proponamus. Et non recte diuidimus. si non hoc subtiliter
discernamus. Oblata enim recte diuidere quilibet bona nostra
studia sollicite discernendo pensare. Quod nimirum
qui agere dissimulat. et iam recte offerens peccat. Recte
ergo offerimus. cum bono studio bonum opus agimus. sed recte non